



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Benedictio domus novæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)



**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Postea aspergit aquâ benedictâ.

**BENEDICTIO DOMUS  
NOVÆ**

Bo

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cœlum & terram.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**T**e Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & habitatoribus ejus ac rebus; ut eam bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ, vitæ substantiam; & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum, bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac & Jacob: & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum.

**R.** Amen.

Deindè aspergat aquâ benedictâ.

M m 2

BE